cebantur ad deditionem omnes convenerunt.
victique sine proelio regis victoris potestati se
subdiderunt. Dederunt igitur obsides et iure
iurando fidem se regi servare velle promi
serunt. sic omisso proelio et saxones do
mum reversi sunt. et rex transmisso rheno
in galliam se recepit. et cum aquasgrani
venisset ibidem hibernis habitis et natale
domini et pascha celebravit. DCCXCVIII
Quamquam saxones aestate praeterita et ob
sides dedissent et secundum quod iussi erant
sacramenta iurassent. Rex autem illorum
perfidiae non inmemor conventum generale
trans rhenum in villa cuffesstein quae super
moenum contra mogontiacum urbem sita est
more solemni habuit. atque inde cum exercitu
saxoniam ingressus pene totam populando
peragravit; Cumque in pagum bardengoi
pervenisset et iuxta locum qui bardenuuih
vocatur positis castris sclavorum quos ad
se venire iusserat expectaret adventum.
Subito ei nuntiatum est uuitzinum regem
abodritorum cum albim traiceret in dispositas

Cuffesstein
Bardengoi
Bardenuuih
Abodriti

83v
82v

Österreichische Nationalbibliothek Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod510_foll31-133/0106